

## De actibus et moribus humanis

**D**umilitas mentis assimilatur illi sterquilino: in quo legitur Job sedisse: Job. ij. An de Grego. ibi dicitur: quod in sterquilino sedere est villa de se querere et abiecta sentire. Item dicitur quod in sterquilino sedere est mentis oculos ad ea que illicite gessimus penitendo reducere. Cum enim ante nos peccatorum stercoza cernimus omne quod in aere de elatione surgit inclinamus. Item in sterquilino sedet: quod infirmitate sua sollicitate respicit: et sese de bonis que per gratiam ceperit non extollit. Ca. XXXII

**A**ccipientibus et adhuc in spiritu debilibus debet imponi leuora. Cuius exemplum est: quia homines prime etatis non frugibus aut carnibus et solidis cibis: sed cibis leuioribus scilicet oliuibus et pomis nutriebantur. Et si olus ab alio dicitur finitudo. quod oliuibus ante diluuium homines alebantur sicut aialia herbis. Et tunc in oliere leuis institutio accipitur que infirmitatibus traditur debet. Et Roma. xliij. Qui infirmus est olus madducet. Ca. XXXIII

**I**ncostans et mutabilis homo si quis est infirmo in graui et afflictiva infirmitate constituto: quod nocte adueniente optat quod cito transierit: et dies ad surgendum fiat: et rursus in die afflictus vespere et nocte expectat: sperans scilicet ex varietate temporis minui vim doloris. In nocte enim que est dormiendi tempus accipitur torpor oculi. per die vero que est tempus operis exercitatio actiois intelligitur. Si in vespere somno congruit rursus oculi desideria significat. Incostans ergo animus in nocte dicitur quod in quiete existens exercitium actiois appetit: et rursus in die vespere expectat: quod in exercitio postius oculi quietis exoptat. Et dicitur Job. vij. Si dormiero dicam quod surgam: et rursus expectabo vespere. Humanus enim animus ut Augustinus dicit: quod illa in qua fuit conditus iusticie soliditate non figitur: alternantis semper desiderij motu variatur: ut quiete actionem desideret et occupatus ad oculum anhelet. Et si dormiero: scilicet per quietem quod surgam: scilicet ad actionis exercitium. Et rursus in exercitio postius expectabo vespere. id est quietem desiderat. Possit tamen hoc exemplum beati Job et aliter intelligi: vel scilicet per dormire accipiamus statum peccato-

ris. Prover. vij. Usquequo piger dormies Grego. Dormire namque est in peccatis latere: sed per surgere accipiamus penitere: per quod scilicet ad lumen iusticie transit: Epistolam. v. Exurge qui dormis: exurge a mortuis et illuminabit te christus. Sed per vespere propter tenebras aduersitas vel tentatio significat. Dicit ergo si dormiero: scilicet in peccati somno: dicam scilicet concupiscam interius: quod surgam scilicet per penitentiam lumen iusticie videam. Et rursus in lumine iusticie postius: et superbie tentatione pulsatus expectabo vespere: id est aduersitatem que scilicet mentem humiliet et liberet a peste superbie. vbi Grego. dicit circa virtutum prospera mente eleuata aditrix aduersitas desuaderat: ut perfecto animo cum virtutum suarum gaudio plus quam deus attrahat: per strarictates penitentis vite edito merore solidetur. Et tunc nequaquam formidabo vespere dicitur: sed expectabo. Expectamus etenim prospera et formidamus aduersa. Vir igitur iustus vespere expectat: quod cum extiterit huius tribulatione: intus ipsa ei fit aduersitas prospera. Vel dicit expectabo vespere. id est tentatione. Expectabo scilicet non optando sed incurrendo: quod quanto violentius a peccati somno ad iusticie lumen exurgitur: tanto antiqui hostis tentatio vehementior et obscurior sequitur. Et hinc est quod Hieronimus. j. cum ordo temporis creatiois rex narrat: primo mane et post vespere notatur: quod primo dicitur factum est mane: et postea dicitur factum est vespere: vbi scilicet dicit Grego. quod creator omnium humane culpe preclius: tunc expressit in tempore quod nunc versat in mente. Mane quippe ad vespem ducitur: quod nimirum lumen rectitudinis vmbra sequitur tentationis. Sed quod electorum lux tentatione non extinguitur: nequaquam non prospera facta prohibet. Quia nimirum sepe tentatio in corde electorum lumen iusticie abscondit: sed non interimit quasi ad pallorem trepidationis pertrahit: sed funditus non extinguit. Electi ergo post somnum resurrectionem appetunt: post resurrectionem vespere prestolantur: quod de peccati tenebris ad iusticie lumen euigilant: et in tempore iusticie lumine positi semper se contra illecebras tentationum parant: quas nimirum non timent sed expectant: quod utilitatis sue rectitudinem etiam tentamenta perficere non ignorant. Ca. XXXIII

**I**ncontinentes et illi qui non se tenent in eo quod est super